

Semovitus Dux Masovia Testatur se transigisse
cum Hedvigi Regina de illis locis, que in Polonia
hostiliter ceperat decem millibus sexagenarum Pragenz
et Cujaviam Hipoteca nomine se tinere dicit.

Semovitus Dei Gratia Dux Masovia Cunctorum,
quibus expedire notitia commendamus. Quomodo uni-
onis amicitiam, et pacis sedera efficere et digno
affectu prosequi cupientes, cum serenissimam Domi-
nam Hedvigem Reginam Poloniæ, ab una, et nos
parte ab altera concordiam perpetuam in facto dupli-
centiarum et inimicitiarum inter nos et utraq' parte
hactenus habitatarum, talem decessimus faciendam,
et facimus per presentes, videlicet, quod prefata Do-
mina Hedvigis Regina, nobis et Magnifico Domino
Henrico fratri nostro germano, et nostris heredibus pro
Terris, Castris, Civitatibus, fortaliciis, villis et quibus-
libet possessionibus, quas, et que in ipso Regno
Poloniæ per modum ipsarum inimicitiarum per nos
et nostros tenemus, quomodolibet occupatas decem
millia sexagenarum grossorum Pragenz, sexaginta
grossos pro qualibet sexagena computando, dare
et solvere permittit, et tenebitur, sine fraude, in
qua pecunia summa Terram Sutanat Cujavie
tenebimus tandiu, quousq' per prefatam Dominam
Reginam, vel heredes suos, predicta pecunia nobis
aut fratri nostro memorato, vel heredibus nostris
fuerint integraliter persoluta. Cetera autem omnia
que sic ut premittitur tenemus occupata ad ipsi-
us Dominæ Regine reddere debent liber majestatem,
hoc non omisso, quod nos et homines nostri de
ipsa Terra Cujavie et aliis Terris, Castris, et
fortaliciis nostris ipsum Regnum Poloniæ non
debeamus medio tempore vastare, damnificare,
inquietare, vel quomodolibet molestare premittit
etiam ipsa Dominæ Regina nos in eadem Terra
Cujavie per se et suos sine fraude et dolo medio
tempore nulla tenus impedire, prenotatas quoq' pe-
cunias nobis aut fratri nostro prefato et nostris
heredibus dare et solvere tenebitur in Dobrowitzi
Castro in Terra Dobrinensium situato vel in Ninowtoze,
quas si ibidem in Ninowtoze assignaverint est tunc con-
ductum ad deducendas huiusmodi pecunias usq' in
Ravam conferre debet sine dolo, tempore vero quo
pre nominatam Dominam Reginam memorata pe-

cum nobis, aut fratri nostro predicto, aut ipsis nostris
heredibus persolventur, nos debemus omnibus apud
Iudeos in Cracovia per nos contractibus penam
nostram duntaxat concernentibus, que etiam per
litteras nostras sigillo nostro sigillatas comprobari
possunt, debet omnimode liberare solutionem
vero usurarum, que medio tempore preterita eorundem
nostrorum debitorum acceperunt, per ipsam Dominam
Reginam fore volumus resolvendum quantitate
deniq; pecuniarum eorundem persoluta et nobis de
debitis huiusmodi liberatis Terram Cujavie predi-
ctam absolute, et sine difficultate qualibet supra-
dicte Domine Regine resignare, et restituere ten-
bimur, absq; dolo ceterum captivi omnes, et sin-
guli, ab utraq; parte a captivitate et promissionibus
captivitatis quibusq; reddantur, et reddi debent, et
liberi penitus et soluti, incliq; ac venerabiles Do-
mini Principes ecclesiastici, et Seculares, nec non
prelati Barones et Nobiles, ceteriq; homines ipsius
Domine Regine in hunc modum et ordinem con-
cordie amicaliter sint inclusi, nostramq; amici-
tiam, et favoris benevolentiam obtineant cum effectu.
San quoq; modo milites et nobiles nostri et nobis
adherentes sepedicte Regine omnino debeant fo-
re reconciliati. Malotha duntaxat excepto decemen-
tes etiam Barones, Nobiles et quosvis homines ipsi-
us Domine Regine a promissis obligationibus fide-
litatis, si cum Custis, et fortalibus, vel quibusvis
aliis fidelitatis promissionibus nobis se astrin-
xerunt, et obligaverunt exnunc et in antea fore pe-
nitius absolutos, nisi tamen non obstantibus, omnia
et singula quibuscumq; hominibus ipsius Do-
mine Regine per nos tradita concessa et donata
in eis repetere et acquirere poterimus monito-
ribus, et juris ordine mediante. Etiam si cuiusq;
hominum status propter bona, ville seu possessiones
tempore inimicitiarum huiusmodi per nos ex utraq;
parte prorsus restitui decernimus viceversa Malotha
tantummodo excepto. Volentes preterea, quod si au-
piam hominum utriusq; partis treugarum pacis ali-
qualis injuria vel violentia fuisset quomodolibet
illata, hanc injuriam, aut violentiam per ho-
mines utriusq; partis ad hoc specialiter deputatos

desi

desim in suis ordine reservato. Demum contractus ju-
 stos Terre Lancitiensis nobiscum per Barones ipsi-
 us Domine Regine quemodolibet firmatos, et
 lictis vel alio quocumq; modo firmatos, capsamus
 unitamus, et presentibus annuiliamus, decernentes
 ipsos nullius amplius fore efficacis, vel valens
 in casum etiam, in quo monasterium Mogylno
 per homines nostros occupatum, ipsi Domine
 Regine ad presens libere non restituatur, estunc
 nos cum hominibus nostris ipsum monasterium
 acquirere tenebimus ipsius etiam Domine Regi-
 ne certo auxilio mediante ipsumq; monasterium
 sue tradere potestate donationes praterea Dignita-
 tum Saecularium et Beneficiorum ecclesiasticorum
 per nos in ipsa Terra Cujavie tempore tenute nostre
 cellatorum, ipsa Domina Regina non debet que-
 modolibet immutare de vacantibus aut dignitatibus
 et beneficiis memoratis, non debemus alius prater
 quam Terrigenis providere. Harum quibus sigil-
 lum nostrum appensum est testimonio literarum
 Datum Crac. Feria tertia in Vigilia Sanctae Luce
 Virginis Anno Domini millesimo, Trecentesimo,
 Octuagesimo, Quinto. Presentibus his strenuis et
 nobilibus Viris Domini, Abrahamo Palatino
 Masoviensi, Nemerza Sochaczoviensi, Paulo Gostinensi
 Castellani, Andra Succamerano Plocensi, Paulo Urcil-
 lifero Varsaviensi, Joanni Sylke heredi de Sepres,
 et aliis multis nostris fidelibus, fide dignis, per
 manus honorabilis Viri Domini Ulrici Cancellarij no-
 stri Ploceni, nec non Prepositi Sancti Michaelis
 Ecclesie Collegiate ibidem in Plocko.

Takopia przepisana z kopii legalizowanej podpisana
 ruki J. P. Ignacego Romickiego Metrykanta Karcnowy
 w Warszawie R. 1768 iz 2^a Jhu.

Zasmadzan. Adam Naruszewicz. B. P. S.
 Var. 4 Jhu 1761. Pisan w. W. L. L. L.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Small handwritten mark or signature at the bottom right.]